

KLEINERE MITTHEILUNGEN.

Ein verschwundener der Häresie verdächtiger Traktat.

Auf dem Konzil von Pisa tritt der damalige Bischof von Florenz, Jacob Palladino, nicht hervor; sein Name wird in den Akten kaum erwähnt. Es erscheint dies um so auffallender, wenn man erwägt, wie mächtig Florenz auf das Zustandekommen und den Verlauf des Konzils einwirkte und welche bedeutende Rolle der Pisaner Erzbischof Alemannus Adimari dort spielte. Diese Zurückhaltung des Florentiner Bischofs erklärt sich vielleicht aus einer gegen ihn wohl schon damals anhängigen Anklage wegen Häresie, über die uns die unten abgedruckte Bulle (1) Johannis XXIII näheren Aufschluss giebt. Leider erfahren wir hierin aber nichts über den Inhalt der inkriminierten Schrift, die, soweit ich habe feststellen können, sich auch nicht in einer Abschrift erhalten hat.

Das päpstliche Schreiben ist datiert vom 23. Juli 1410 und nennt den Angeklagten noch Bischof von Florenz. Es ist aber sicher, dass er diese Stellung an jenem Tage nicht mehr bekleidete. Denn bereits am 18. Juli 1410 hatte ihn der Papst nach Spoleto transferiert (2) und gleichzeitig den

(1) Reg. Vatic. t. 342 fol. 36 v.-38 v.

(2) Reg. Vat. Joh. XXIII Lat. t. 7 f. 270.

Francesco Zabarella zum Bischof von Florenz ernannt (1). Bevor dieser die Priester- und Bischofsweihe empfing, erhielt er am 6. Juni 1411 den Kardinalat und am 26. Juni den Diakonstitel von St. Kosmas und Damian. Hierdurch war das Bisthum Florenz wiederum erledigt und Joannes XXIII providierte nun am 16. Juli 1411 zu seinem Nachfolger den Aimericus de Corsinis (2).

Papst Johannes XXIII spricht Jacob Palladino, (gewesenen) Bischof von Florenz, der ein Buch: Somnium Nabuchodonosor sive Statua Danielis betitelt, verfasst hat und desshalb der Häresie angeklagt war, von jedem Verdacht der Ketzerei frei. Bologna 1410 Juli 23.

Johannes etc. Ad futuram rei memoriam. Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem etc. Qui celestia simul et terrena omnipotenti providencia moderatur, ad hoc beato Petro tamquam vicario suo et successoribus eius post ipsum conferens regni celestis claves ligandi et solvendi supremam tradidit potestatem, ut summus pontifex non humane adinventionis studio, sed divino potius inspirationis instinctu leges statuens salutares hos liget, illos solvat, liberet et relaxet secundum negotiorum, personarum et temporum qualitates, presertim cum aliquid ex lapsu humane fragilitatis lingue vel calami aut ingenii seu disputationis exercendorum studio a fidei catholice puritate dissonum vel extorre censeretur assertum, quod ex facilitate, non ex proposito a veritate fidei deviandi didicerit emanasse, id dilucidet atque tollat, sicut in domino conspicit

(1) Hodie... Jacobum Spoletanum episcopum tunc Florentinum... a vinculo, quo ipsi ecclesie Florentine... tenebatur, absolventes. Vgl. Finke, Acta concilii Constantiensis I, 252 Anm.

(2) Die Daten aus den Consistorialakten in Cod. Ottob. lat. 2961, fol. 87^a u. 87 v.

expedire. Cum itaque venerabilis frater noster Jacobus episcopus Florentinus, ut eius exerceret ingenium, quoddam opusculum sive libellum, ut eodem referente percepimus, *Somnium Nabugodonosor sive Statua Danielis* vel alio quovis nomine intitulatum, sub protestationibus tamen debitiss et correctionibus aut determinationibus ecclesie sancte Dei, iam dudum ediderit et huius rei causa apud felicis recordationis Alexandrum papam V immediatum predecessorem nostrum de et super nonnullis articulis in dicto libello deducetis, qui labem heretice pravitatis secundum quorundam assertiōnē sapere videbantur, extiterit publice diffamatus; idem que predecessor ad dilucidandum veritatem super posicione articulorum et continencia libelli huiusmodi per nonnullos ad id per ipsum predecessorem specialiter deputatos inquire mandavit diligētius (!) veritatem; et quia eodem predecessore nostro, sicut domino placuit, ab humanis vite mortaliitate subtracto et super dilucidacione veritatis huiusmodi relaciōne non facta aut aliter non discusso, nos, qui divina favente clementia ad apicem summum apostolatus assumpti sumus, volentes super premissis veram informationem suscipere — nam regimini ecclesiarum presidentes ad hoc assidue debent haberi solliciti, ut ipsorum possit provenire subsidiis, quod ubique vigeat gloria catholice puritatis — nonnullis in sacra theologia doctoribus et magistris in Romana curia morantibus vive vocis oraculo duximus committendum, ut super hiis omnibus et eorum circumstanciis universis summa cum diligēcia se informarent et, quae pro informacione huiusmodi repperirent, ea nobis referre curarent; qui examinatis dicti libelli continencia scriptis, eciam protestationibus suprascriptis, et intellectis assertis deinde in nostra ipsorumque doctorum et magistrorum presentia per ipsum episcopum eis spontanee ac liberrime se penumero,

eciam apud predecessorem nostrum huiusmodi, sicut mani-
feste didicimus vicibus repetitis, nobis concorditer retule-
runt, prefatum Jacobum episcopum huiusmodi scriptis ac
viva voce assertis et repetitis protestationibus contentis in
dicto libello, non ut contra veritatem huiusmodi catholice
fidei aliquid ex sue mentis et intencionis proposito poneret
vel teneret, quod heresim saperet vel abhorreret a via ca-
tholice puritatis, sed ut eius ingenium, ut in plerisque se-
penumero assolet, exerceret per illa, secundum eorum iudi-
cium nullam heresim aut labem seu infamiam vel notam
heretice pravitatis propterea vel ob id quomodolibet incur-
risse. Nos igitur, quorum interest super premissis debite
declaracionis et provisionis remedium ex debito pastoralis
officii salubriter exhibere, premissis et nonnullis aliis ra-
tionabilibus causis ad hoc nostrum inducentibus animum
ac per debite declaracionis ministerium veritati, puritati
ac integritati fidei, nomini atque fame prefati episcopi,
cuius vitam, scienciam atque mores virtutesque multiplices,
quibus personam suam earum largitor dominus multifariam
insignivit, longis retralapsis temporibus et, dum eramus in
minoribus constituti, multiplici experientia nobis notis, motu
proprio, non ad ipsius episcopi vel alterius pro eo super hoc
nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera li-
beralitate salubriter providere volentes, auctoritate aposto-
lica et ex certa scientia et de fratrum nostrorum consilio
tenore presencium declaramus atque decernimus, prefatum
Jacobum episcopum propter scripta et asserta in libello
huiusmodi et contenta in eo, actentis maxime protestatio-
nibus, correctionibus et determinationibus per ipsum scriptis
et verbo assertis, dictis et propositis, ut prefertur, et aliis
puritatibus sue mentis ad fidei orthodoxe veritatem ten-
denteribus, eciam nobis reiteratis liberrime atque spontanea

voluntate, nullam heresim aut heretice pravitatis maculam seu notam aut infamiam quomodolibet incurrisse, et, si quam forsitan premissorum occasione vel alicuius eorum vel causa aut dependencium ab eisdem potuisset aut posset incurrere, ab hiis omnibus et a quibusvis accusacionibus, denunciationibus, inquisicionibus cum promotore vel sine, ordinarie vel extraordinarie, ad partis cuiusvis instanciam aut ex officio contra ipsum Jacobum, eciam sub nomine dignitatis cuiuspiam hactenus et usque in presentem diem per quoscunque iudices ordinarios seu delegatos apostolica vel quacunque auctoritate alia actenus datos seu deputatos, eciam inquisitores heretice pravitatis iniciatis seu factis et a quibuscunque condemnationibus et sententiis inflictis seu promulgatis a iure vel ab homine propterea vel ob id et tam in curia Romana quam extra, scientia, motu, auctoritate et consilio predictis ad purificationem veritatis et innocentie prefati episcopi eundem episcopum absolvimus plenarie et penitus harum serie liberamus et abolemus ac abstergimus prorsus omnem infamie maculam sive notam, si quam premissorum vel alicuius eorundem occasione vel causa aut dependencium contractas (!), ut prefertur, forsitan hactenus incurrisset aut incurrere quomodolibet potuisset, et ad famam, honorem necnon statum pristinum reintegramus, reducimus, restituimus atque reponimus in integrum, in quo seu quibus erat, antequam libellum ipsum edidisset et contenta in ipso descripsisset, maxime propter que fuit, ut superius exprimitur, vel esse posset quomodolibet diffamus, ac processus, sententias et condemnationem huiusmodi, si qui vel si que alicubi quomodolibet apparerent et quecunque inde secuta, etiam de quibuscunque libris atque registris, in quibus ea vel eorum aliquod etiam apud huiusmodi commissarios, inquisitores vel alios quomodolibet ap-

parerent et penes quoscunque, tollimus, cassamus et eciam irritamus et viribus evacuamus omnino et perinde haberi decernimus, volumus et mandamus, ac si facte vel late quomodolibet non fuissent: et nihilominus cassari posse ac debere ad cuiusque petentis instanciam de quibuscunque libris, codicibus ac registris, in quibus descripti(!) vel annotate forent per illos, qui huiusmodi codices, libros seu registra tenent, libere ac impune decernentes ac eciam districtius inhibentes, ne quis super premissis aut eorum aliquo seu dependentibus vel connexis et per ipsum Jacobum episcopum scriptis, attentis protestationibus et aliis circa dicti libelli materiam in correctionibus et determinationibus prefate ecclesie per eum positis et assertis in iudicio seu foro ecclesiastico vel seculari per quoscunque spirituales vel temporales iudices et quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fulgerent ordinarie vel extraordinarie cum promotore vel sine, spiritualiter vel temporaliter, civiliter seu criminaliter aut mixtim eciam ex officio, vel alias possit vel debeat, audeat vel presumat ulterius procedere, inquirere seu cognoscere aut aliquid quomodolibet attemptare presumat; adimentes ex nunc quoad premissa sciencia, motu, consilio et auctoritate prefatis per presentes omnibus et singulis commissariis, inquisitoribus et aliis ordinariis ac delegatis iudicibus et officialibus quibuscunque, eciam datis seu dandis in procedendo, inquirendo, cognoscendo, sentenciando et exequendo quoad premissa contra eundem Jacobum episcopum, heredes, iura seu bona quamlibet facultatem, ita quod quoad premissa cuilibet eorundem ex ipso sit et esse intelligatur adempta quaelibet cognicio, iuridictio(!) et facultas et habeatur et haberi debeat quilibet ut privatus quoad illa et loco privati fungi, constitutionibus apostolicis maxime contra hereticos editis et aliis contrariis non obstantibus

quibuscunque, irritum nichilominus et inane censentes ex nunc, quicquid contra declaracionem, absolucionem et inhibitionem nostras huiusmodi per quoscunque et quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit quomodolibet attemptari. Volumus autem, quod si ullo umquam tempore, quod absit, idem Jacobus episcopus aliquid dicto vel scripto assereret et teneret, quod auctoritate huiusmodi catholice fidei dispareret et heresim saperet, presens absolucionis et omnia in presentibus contenta literis eo ipso nullius existant valoris vel momenti, sed in processus, sentencias, censuras, penas spirituales et temporales contra hereticos a iure prolatas et factas et editas incidat eo ipso.

Nulli ergo etc. nostre declaracionis, constitucionis, liberalacionis, abolitionis, abstersionis, reintegracionis, reductio-
nis, restitucionis, inhibicionis, cassationis, irritacionis, eva-
cuacionis, mandati, inhibitionis (! sic), ademptionis et vo-
luntatis infringere etc. Si quis autem etc.

Datum Bononie X Kl. Augusti anno primo.

Coll. per me P. de Trilhia. M. de Guadagnis.

DR L. SCHMITZ.